seu Totam et integram sortem suam bonorum Mobilium et immobilium in haereditate
villarum Wolossy Olszanka, Lepietowo, Wawrzynce, Wolka Brzozy, Brze
ziny, Talki consisten. super se recognoscen. post olim Nobilem Leonardum quondam
Pauli Wolosowsky patruum suum sterilem decessum iure Naturali linie devolut.
et alias quasuis personas modo quouis et iuris titulo spectan. et concernen.
Cum Areis hortis agris pratis Campis sylvis borris rubetis et gratis Iuribus
de singulis Utilitatibus fructibus prouentibus attinen. et pertinen. omnibusque et integro
iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario Nihil sibi et
suis successoribus aut alii cuipiam reseruando seu excipiendo sed prout praefata
bona in suis metis et limitibus habent et extendunt pura mera syncera
et irreuocabili donatione dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter
resignauit perpetuo et in Aeuum. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum
actuali ac pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officio acceptandam dat et ad-
mittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum
Donatarium et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento iuridico
quarumuis personarum propinquarum et aemulantium alteriusque legibus statutis et
conditionibus cuiusuis ... per et Ultra Omnes processus Iuris Iuribus totiens
quotiens opus et Necessarium fuerit tueri defendere euincere Soluereque
per se et per submissas personas non inuitare sub Damnis Omnibus
simpliciter taxatis et ... Et Coram officio praesenti Capitaneali Brańscensi
in primo ... Termino peremptoria responsione Omnibus controuersiis Excep-
tionibus allegationibus euasionibus dillationibus quibusuis Motionibus
Appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in Vniuersum iuris remediis
et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos
successores Actu absoluendis et abrenunciando sub amissione suae personaeque Suc-
cessorum totius et integrae causae.

Zalesie Myslki z Quietation.